

# **Urkundenbuch der Stadt und der Landschaft Zürich (Ed. Escher/Schweizer) Nr. 192**

Hanc etiam descriptionem iussit dominus Herimannus fieri ob igrationem scindendem perpetualique coadunatione, ex fammiliis clericorum quae ex coniugio in potestatem monialium devenerunt et ab illarum parte in ius clericorum venerunt, ex utraque parte enumerando equali modo coequentur, ut ultra inter illos cum amicitia persisterent cum ambitione manu sua facta minimeque propter rixam inter se unbent. Primum numerantur, quae ex parte clericorum fuerunt in Swamundinga, et filii eius: Burchart, Comilin, Hizilin et Hizila. Item filia Mannilini servi clericorum ex ipso loco nomine Liubsind et filii eius his nominibus: Hiltirat, Wolfriram, Adilmar et sorores eorum Liuza et Ratsind; item filia Wolvinis Woffila et filius eius Svabilin.

In Feniclanda: Fridiburc soror Zubilini de Flobotisreine servi clericorum et Hackilini et filii eius Herich, Cuncilin, Heinzelin et Hita; item Meginhart et filii eius II et duae filiae et frater eius Reginbold et filii eius, quorum mater fuit ancilla clericorum nomine Isinrat.

In Mure sunt filii Azzun ancillae clericorum, sororis Pezilini et Adilgeri.

In Flobostisreine: filii Aziloni, quos genuit ex Liba, filia Kerboldi filii Hiltbrandi servorum de Svatmundina.

In Turego: Engiza uxor Cozperti calvi et filii eius V, ipsa fuit filia Wazoni et Engilburge.

De Rieda: soror Linbinzoni Cuozila et filii eius IIII, quae post ambitionem nupsit sine licentia in potestatem monialium.

Insuper sunt cambiati filii Regingeri, quos genuit ex muliere Azila.

Econtra vero habent in potestate eius tantum clerici: de natione mulieris nomine Wasa filii Williharti, id est Abila et filii eius II, Liuzilinum et Pezilinum, atque Engizun et filii eius, tres filios et tres filiae; filii Ecgihardi, fratris Williharti, Alfredum, Eckilinum, Atilin, Willizonem, et Lanzilini prefati Williharti fratris filiae IIII. Filiae autem due predicate Engizun, quae fuit Williharti filia, sunt nuc sine licentia clericorum in potestate somine Reginlide hīc in Turego nomine Hitila et Fridigart. Hanc ergo vestituram fecit ipse dux Alamannorum in scena Turicinae civitatis cum licentia et petitione monialium et clericorum cum uno servo monialium nomine Lendilo clericis et cum alio servo clericorum monialibus nomine Meginhart coram cunctis et multis ibidem cum illo manentibus. Ipso die vero ipse dux Herimannus ex petitione Reginlinda et clericorum questionem scindendo concambiavit, quae ex familia suaue Curtis in Turego in potestate fratrum errant; dedit ipse dux Reginzonem et vestivit et econtra dederunt ipsi Herratin et fratris sui Jungilini tres filios: Ratmannum et Coldilinum, Azilinum..... contra Engizonem et fratrem et sororem I, et filii Cozharti contra Ruopilinum et sororem eius, uxorem Copilini calvi nomine Engiza sine filio et tribus filiabus; ex his duae sunt in potestatem domine coniugatae, pro his duabus habent Liuzilinum et Pezilinum, filios Abilun, sororis ipse Engilburgae. Haec facta sunt in prefata scena in presentia, quorum hic subnotantur nomina: domina Reginlinda, Buchert comes, Tuto, Hiltlin, Kerhart advocatus, Huozo, preposita Cotisthiu cum suis familiis, Uto, Cundilo, et Landolt et familia ducis, Wolfpert et Wodilmar, Ortire, Harpert cum fratribus et familiis fratrum. VIII Anno X. regnante rege Heimrico.